



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LI. Bischof Conrad von Lebus ertheilt dem Hospitale des h. Geistes bei  
Salzwedel einen Ablassbrief, am 22. Juli 1299.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

LI. Markgraf Hermann verbindet die beiden Städte Salzwedel dergestalt, daß sie künftig ein Gericht, einen Markt und einen Rath haben sollen, am 20. April 1299.

Nos Hermannus, dei gratia Brandenburgensis marchio et Comes de hennenberg, Recognoscimus et ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire, quibus hoc presens scriptum fuerit demonstratum, Quod honorabilium virorum ciuium in Soltwedele ac communem vtilitatem diligentius intuentes et nostrorum vassallorum discretorum precibus inclinati, ciuitates nostras, videlicet nouum et antiquum Soltwedele, taliter coniunximus et vniuimus, quod vnum iudicium, vnum forum et consules vnum esse debeant ex vtriusque ciuitatibus nec non in omnibus, que euenire poterunt, in suo iure omnimodo vnum esse debeant, Dantes plenariam in omnibus libertatem ciuibus nostris memoratis, vt per ipsos inuolabiliter premissa obseruentur perpetuis temporibus duraturis. Et ne hanc donationem beniuole factam per nos improbitas alicuius infringere valeat, presentem literam de nostra certa donatione confectam iussimus communiri. Testes huius sunt Hinricus de Aluënfleue, noster dapifer, Fredericus, frater suus, Geuehardus de Aluënfleue Senior et suus filius Geuehardus, Albertus de Wodenswege, Hinricus de Crochere, Bodo de Walfouen, nostri milites, dominus Hinricus, Prepositus de Arneborg, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Soltwedele, Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIX<sup>o</sup>, Secunda feria proxima post pascha.

Nach dem Originale im Salzw. Archive VII, 21.

LII. Bischof Conrad von Lebus ertheilt dem Hospitale des h. Geistes bei Salzwedel einen Ablassbrief, am 22. Juli 1299.

Conradus, miseratione diuina Episcopus Lubucensis, vniuersis Christi fidelibus presentem literam inspecturis salutem — nos de omnipotentis Dei misericordia confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui pro sustentatione pauperum infirmorum domus S. Spiritus Soltwedel extra muros et pro quibuslibet indigentibus et necessitatibus et libris et ornamentis comparandis ad ecclesiam S. Spiritus ibidem manum porrexerint adutricem — XL dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus — presentibus quam diu venerabili in Christo patri domino nostro Verdensi Episcopo placuerit valituris, quas sine ipsius ratihabitione irritas decernimus et inanes, quibus etiam uti sine ipsius licentia districtius inhihemus. Datum Soltwedele, in die B. Marie Magdalene, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCIX<sup>o</sup>.

Gerdens's Dipl. I, 284.